



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

XXVIII. Revers des Klosters Crewese wegen der ihm incorporirten
Pfarrkirche zu Osterburg, vom 16. Juli 1520.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

XXVIII. Revers des Klosters Creweße wegen der ihm incorporirten Pfarrkirche zu Osterburg,
vom 16. Juli 1520.

Nos Margreta de Goer, Priorissa, odilia Schertow, Heyße de Buß, Margreta de Remgersteg, totumque Capitulum monasterii Sancti Quirini ordinis sancti Benedicti verdenfis dioecesis pro nobis nostrisque successoribus recognoscimus et confitemur per presentes, Cum alias Reuerendissimus In Christo pater et Illustrissimus princeps et dominus, dominus Albertus, Sancte Romane ecclesie Tituli Sancti Crisogoni Presbiter Cardinalis, Magdeburgensis et Moguntinensis Archiepiscopus etc. ad deuotam supplicationem nostram parrochiam in Osterborch dicto nostro monasterio cum omnibus suis fructibus, redditibus et prouentibus de consensu venerabilium et circumsectorum dominorum Capituli et domini Michaelis de Stammern, beate Marie prepositi et Archidiaconi banni Balsamie ecclesiarum Halberstadenfis, Juribus tamen suis Episcopalis dictorum dominorum Capituli et Archidiaconi semper saluis, permansuris, Incorporauit, annexit et vniuit, vnde Reuerendissime paternitati sue suisque successoribus Episcopis halberstadenfis promittimus per presentes vice et loco nostri et nostrorum successorum, Quod ratione dicte parrochialis ecclesie In Osterborch eidem sue Reuerendissime paternitati et gratie sue successoribus singulis futuris annis super festo Sancte Luce In Ciuitate halberstadenfi collectori eiusdem procurationis procurationem, quanta singulis annis indicta et proclamata fuerit, persoluere de charitatio subfidio et Juribus Episcopalis respondere, Quodque dicte ecclesie parrochialis rector pro tempore quoad sinodum, Jurisdictionem ordinariam, correctionem et emendationem, confirmationem et approbationem testamenti et Jurium Episcopalis prefato domino Reuerendissimo ac Archidiacono Banni Balsamie suisque successoribus quodque commissionem cure animarum a prefato domino Archidiacono recipiat Ipseque suiue successores singulis annis super festo Martini duos florenos et duodecim solidos pro exuualibus aliisque Juribus Archidiaconatus et prefato Capitulo halberstadenfi pro Juribus ecclesie et fabrice duodecim solidos singulis annis super festo Sancti Martini realiter et cum effectu persoluat, Que omnia nos priorissa totumque conuentus dicti monasterii In Creueßfen et nobis succedentes bona fide et Inuolabiliter obseruare ac vt predicta obseruentur, curare et efficere promittimus, Et vt domino Reuerendissimo, Capitulo et archidiacono predictis Ipforumque successoribus premissa omnia et singula obseruentur, Nos priorissa totumque conuentus pro nobis, successoribus nostris omnia bona mobilia et Immobilia, redditus et census tam dicti nostri monasterii, quam Iplius parrochialis ecclesie In Osterborch allegamus et Ipotecamus dei nomine per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostri monasterii presentibus est appensum. Datum et Actum In monasterio Creueßfen die Jouis, decima sexta mensis Julii, anno domini millesimo quingentesimo vicesimo.

Aus dem Copialbuch des Domcapitels zu Halberstadt de 1464—1522 (Cop. No. 110) f. 66—67 im königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.